

1628 ij 20 Februarij

EMMS. Publ. Galina

63

Declaratio Illustris et Magnifici Axelii Oxen-  
stierna Regni Sueciae Cancellarii.

ij 20 Febr  
1628.

Magnifici ac Generosi Domini.

27

Infirmis Commissariorum Polonicorum procuratoris per can-  
ptivos limitationes et reservationes, acerbissima convitia, atq; alias  
indignitates, deniq; quorum Sacra Regia Majestati Domino No-  
stro Clementissimo, suum quem habet à Deo in orbe locum atq; ius  
denegent, neq; nos pro eius Commissariis agnoscant. Ita proximè  
discerimus, ut facile pateret, nunc de pace tractari non posse. Qua  
nostra oe non penitus abrumpendo tractatu, ac suspensione ar-  
morum brevioribusq; induciis ob eiusdem continuationem sit sen-  
tentia, eam candidè et circa ambages temporisq; detrimentum ape-  
rimus, atq; hesternum diem hic transegimus, ea spe fore, ut quid ani-  
mi haberent Polonici Commissarii intelligeremus. Noxia rebus no-  
stris, nobisq; molestissima hac mora est, cum proximo in congressu ad  
exiguam spei, quod restabat inutili, ac quid gravius dicamus, con-  
cepta formula examine omnino sit praecisum. Ideoq; cum Commis-  
sarij Polonici alia se habere procuratoria aut in praesens adipisci  
posse, sanctè negarunt, ac minutiora levioraq; quae in conceptis for-  
mulis non adstruere, sed leviter tangere et innuere dignitatem S<sup>ae</sup>  
Regiae Matris Domini Nostri Clementissimi videbantur, disputarint,  
reiecerintq;. Nos quantum spei Dominationibus Vestris adfulserit,  
nescimus. Nobis certe quibusne hinc quidem contentis esse licet, nihil  
parumve reliquum est. Congredi ergo amplius cum Commissariis  
Polonicis, nullo alio fine, quam ut in re tam gravi neglectis iis, quae  
controverantur

controversantur, ostentatione ingeniorum ludamus, neq; ex usu est,  
neque nostra vestrae dignitate. Non ignoramus causa magnitudinem,  
neq; miramur, si difficiliore longioresq; habeat progressus.  
Verum nata auctaque suspitione ex viciorum cumulo, aliisque artifi-  
ficiis, in procuratoriis oblati delitescantibus, et usitato procedendi  
modo, nihil serio agi, sed cuncta ad locum temporis conferri; nemo mi-  
rabitur, si et nobis animus decreseat, nec circumduci diutius velimus.  
Nos quidem ut promisimus, ac tenemur cuncta bona fide, ad Sacrae  
Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum perscri-  
bemus, et quid statuerit, nosq; iusserit, expectabimus. Siq; Polonici  
Commissarii in posterum sibi aliisque a Rege et Republica sufficientem  
ac simplicem obtinuerint, agendi, statuendiq; potestatem, qua Regem  
ejusq; posterum ac Republicam obligent, est, quod Tractatum nostro-  
rum eventum, alio tempore meliorem speremus. De suspensione ar-  
morum, aut brevioribus induciis, ut tractaturi congregiamur, non  
est opera praeiudicium, nisi prius constet de tempore. Ideoque Magificas  
Dominaciones Vestras officiose rogamus, ut nos habeant excusatos, si  
nullo certo fine invitati istius modi congregus, aversemur. Adiunxi-  
mus Tabellarium nostrum Tabellario vestro, ut quam citius certi quid  
cognoscamus, et negotio pacis in praesens desperato, quisq; se nostrum  
suum in locum conferat. Quicquid vero opere a Magis Dominacionibus  
Vestris in hoc negotio collocatum fuerit, et gratum habebimus, et omni  
officiorum genere demereri studebimus. Casq; optime valere cupimus.  
Dati Sturmi Die 20 Februarij 1628.

Dominationibus Vestris  
ad officia paratissimus.

Axelius Oxenstierna. Ioannes Banner.  
Magnificis ac Indis. Dnis Serenissimi Electoris Brandenburgici in  
Prussia Ducis, ad Tractatum pacis, inter Serenissimos Sueciae  
et Poloniae Reges, Legatis.